

Formularum Codicis S. Emmerami Fragmenta

I.

[26.

Bl. 1 ...] quicquid dici aut nomi[nare po]test, quantumcumque de m[eo pro]prio moriens derelinquer[o, in] res meas in hereditate ap[ud ger]manus tuos, filios meos, suc[cedas] et equalentia inter vos de[videre] vel exequare faciatis, [et quod] exinde ad parte tua reci[piis, quic]quid exinde facere volue[ris, libe]ram et firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis vero, quod seq[uitur] ⁴⁾).

27. Libellum repudii i[n]ter virum et femina.

Bl. 1^v Dum inter illo et coniug[e sua] illa non caritas secun[dum deum, || sed discordia regnat, et ob hoc pariter conversare minime possunt, placuit utrisque voluntas, ut se a consortio coniugali separare deberent; quod ita] et fecerunt. Propterea [has epis]tulas uno tenore conscrip[ta]s h[oc] fieri et adfirmare roga[verunt,] ut unusquisque et ipsis sibi [servi]tio dei in monasterio aut [cui]que se sociare voluerit, li[be]ram habeant quietionem. Si quis vero [...], si aliqua pars et ipsis ad [...] huc inmutare voluerint [...] aut contra pare suo repete[re, in]ferat par pari suo aurum [tantu]m, et hoc, quod decreverunt, [a prop]rio consortio stabile fiat, [et in qua] elegerint parte permaneant. || ⁵⁾.

Bl. 2^r [...] incognitum, sed patefactum, qualiter tu cotidie in bonis partibus fideliter mihi deservire non cessas, et pro respectu servitio tuo et pro fidelitate tua, qua circa partibus meis impendere non desistis, mihi prepatuit plenissima et integra voluntas propter nomen domini, ut de servitio meo temetipsum vel omne peculiare tuo redemere deberis, quod ita et fecisti. Dedisti mihi pro hoc, in quo mihi bene complacuit, hoc est tam in argento quam in amacto valentes solidos tantos. Propterea ego

Bl. 2^v hanc cartolam redemptionale in te || [fieri et adfirmare rogavi, ut taliter fias ingenuus, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vel natus, cum omni pecu]liare tuo, et nec mihi nec ^{a)}) heredum meorum nullum impendas servitium nec litimonium nec nullum obsequium nec patronatus gratiae; sed eas, pergas partem quam volueris, liberam et firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi; et nec nullum deservitium nec litimonium nec libertatico nec nullum obsequium nec ego ipse nec nullus de heredibus meis nec quis liber ulla obposita persona tibi exinde nullas calumnias nec fatigationes nec repetitiones agere nec generare nec repetere non debeamus. Quod qui atemp[taverit ...] ⁶⁾.

II.

[1. Donatio ad casa dei]

Bl. 3^r ...monasterii per hanc car[tolam] donationis sive per fistucam [atque] per adelangum ad opus s[ancti illius] a die presente donamus, [tradimus] atque perpetualiter in omni[bus trans]firmamus; in ea vero r[at]ione, ut] pars predicti monaster[i]i ab hac] die hoc habeat, teneat at[que] posside]at, vel quicquid exinde fa[cere vo]luerit, liberam ac firmis[simam],

^{a)} ulli *fehlt* Hs.

⁴⁾ Vgl. *Cart. Sen.* 42.

⁵⁾ Vgl. *Form. Marc.* II, 30.

⁶⁾ Vgl. *Cart. Sen.* 43.